

EPISTOLA.

ad munera Reipub. sustinenda se se con-
tulit. Et ad summos honores peruenit.
Hieronymus autem admodum puer iter
bonarum litterarum et eruditæ doctrinae
næ ingressus, in eo sic perseuerauit, vt
pergere nunquam destiterit, quamuis
negotijs Reip. occupatus teneretur, &
multiplicibus varijsq; curis distractabere-
tur, & in tempora turbidiß. incidisset
spacium datum ad honores gerendos,
magis necessitate coacto, quam cupi-
ditate impulso. Pene adhuc puer, cum
non dum tredecim annos expleuissest vi-
uendo, traditus est erudiendus Iacobo
Lochnero, qui cognomen habebat Phi-
lomusi. Et in integritatis eruditionisq;
opinione illis temporibus erat singula-
ri. Incipiebat enim tunc in Germania
quasi nitor quidam vel splendor quoq;
confici aliquanto liberalioris institu-
tionis, & prioris seculi veluti squalor
atq;